



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. XXV. Ambitione Clerici careant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

Quam multi aliter? Cernitur in nonnullis Sacerdotibus re-  
sum cultus plurimus, virtutum aut nullus aut exiguis. Qui-  
bus si ego rememorem illud Apostolicum: Non in ueste pretiosa,  
vereor ne indignentur, dum nimis indignum ducunt in se  
assumptam sententiam, quam prius in viliorem sexum & ordi-  
nem, prolatam fuisse recognoverint. Quasi verò non eodem utan-  
tur Medici ferro secundis regibus, quo & popularibus hominibus.  
Attamen si indignantur pari cum mulierculis non quidem à me  
sed ab Apostolo feriri sententia, dēdignentur & cum ipsis eadē  
incolui culpa. Verum tu, Sacerdos Dei Altissimi, cui ex his place-  
re gestis, mundo aut Deo? Si mundo, cur Sacerdos? si Deo, cur,  
qualis populus, talis & Sacerdos.

## C A P. XXV.

AMBITIONE CLERICI  
careant.

§. **A**mbitionem immoderatum potentiae, hono-  
ris, dignitatis appetitum summoperè detesten-  
tur. Nemo ait Apostolus Hebr. 5. ver. 4. Sumit sibi honorem, Christus non  
sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non nisi diuino  
semetipsum clarificauit. ( i. non se ipse extulit, non si-  
vocatu Ponti,  
bigloriam arrogauit ) ut Pontifex fieret, sed qui locutus est tificatum  
ad eum Psalm. 2. vers. 7. Filius meus es tu, ego hodie genui te. suscepit.

Quemadmodum & in alio loco dicit Psalm. 109. v. 4. Tu es Episcopaeus  
Sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech. Et i. & qualibet  
Tim. 3. v. 1. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus deside- Ecclesiastica  
rat. Opus ait S. Hieron. epist. 83. ad Oceanum cap. 4. non di- dignitas, non  
gnitatem, laborem non delicias: opus per quod humilitate decres- priuati sed  
comunis  
boni caussa.

§. De qua Apostoli sententia & B. Aug. l. 19. de ciu. suscipienda.  
Dei c. 19. Exponere, inquit, voluit quid sit Episcopatus: quia  
nomen est operis non honoris, inde dictum, quod eis quibus pre-  
ficitur, superintendat, curam eorum scilicet gerens, vt intelli-  
gat;

§. Hoc ipsum & docet S. Gregor. Nazianz. in Apologet. I.  
Hic ait, spiritualis omnis prefectura finis est, nimis priuata  
utilitate neglecta commodis aliorum inseruire. Nunc pre-  
stare ambitorum honorum scopus est; alienam posthaberet  
utilitatem, propriam accurare. De qua re Ezech. 34

## C A P. XXVI.

*R A T I O N E S E V I T A N D E  
ambitionis.*

§. **H**anc pestiferam luem & honorum contentio-  
nem, ut euadant, ejus pericula & damna per-  
pendant i. siquidem fidei obex est Ioannis 5. v. 44. Quo-  
modo vos potestis credere, qui gloriam ab iniuicem accipitis, &  
gloriam quæ a solo Deo est non queritis? 2. fidei confessionis  
ad salutem necessariae impedimentum est. Ioannis 12.  
v. 42. 43. Veruntamen & ex principibus multi crediderant in  
eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ut è Synagoga  
non eiucerentur: dilexerunt enim hominum gloriam magis,  
quam gloriam Dei. 3. præceps in haeresin prolapsio. S.  
*Haeresis ge-* Augustin. lib. de Pastoribus cap. 8. Diuersis locis sunt di-  
*nirix super-* versæ Sectæ, sed una mater superbia omnes genuit. S. Gregor.  
*bia.* lib. 20. Moral. cap. 11. Hereticos in cunctis erroribus suis manus  
glorie appetitus possidet, eosq; honoris ambitus captiuos tenuit.  
4. Est & ambitio speci ac fiducia debilitatio & abi-  
ctio, quid enim ambitiosus speret à Deo superbis re-  
sistente i. Pet. 5. v. 5. Iac. 4. v. 6. nisi supplicium? 5. Est di-  
uinæ humanæq; dilectionis extinctio: siquidem Car-  
itas non est ambitiosa i. Corinth. 13. v. 5, ac deinceps meri-  
torum ac cœlestium præmiorum, quæ à caritate pen-  
dant, occasus.

*Ambitio ma-* §. Breuiter multa complectitur S. Bern. serm. 6. in  
*lorum mare.* Psalm.